Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



bulationes cordis mei multiplicate sunt / de
necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem
meam & laborem meum / & dimitte uniuersa
delicta mea. Respice inimicos meos quo multi-
plicati sunt / & odio iniquo oderunt me. Custo
di animam meam & erue me / non erubescam
quoniam speraui in te. Innocentes & recti adhe-
serunt
mihi / quia sustinui te. Libera deus israel / ex
omnibus tribulationibus suis. P S D B
Iudica me dne / quoniam ego in innocentia mea in
gressus sum / & in dno sperans non infirmabor /
Proba me dne & tempta me / ure renes meos &
cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos
est / & complacui in ueritate tua. Non sedi cum
concilio uanitatis / & cum iniqua gerentibus
non introibo. Odiui ecclam malignantium /
& cum impiis non sedebo. Lauabo inter in
nocentes manus meas / & circumdabo altare
tuum dne. Vt audiam uocem laudis / & enar
rem uniuersa mirabilia tua. Dne dilexi decorem
domus tue / & locum habitationis glie tue. Ne